

26 et si prorogatio fieri possit, tam a lege, quam ab homine, non tamen hoc in casu facta reperitur, ut sensit Bald. in l. vlt. C. de vindict. liber. post gl. ibi. Et propterea prorogatio non datur de vna re ad aliam diversam. l. si manente. ff. de precario, & sensit in specie gl. in d. ca. 2. qui auctoritate.

28 Secundus est casus huius secundi capituli, quando causa mandatur personæ privatae, atque ita non habet aliquam iurisdictionem, & princeps mandans his verbis videtur, auctoritate nostra, vel vice nostra faciat. Hoc in casu dicitur delegatus. Ita Bart. in d. l. ambrosia, nu. 34. versic. si etiam hoc concedit. ff. de decretis ab ordine. facien. Bald. in l. more. col. 2. vers. iuxta quod quarto. ff. de iurisd. omn. iud. & ibidem Dec. n. 25. & Purp. n. 46. Qui sanè casus à fortiori probatur, quia etiam si alias hic cui facta est commissio, esset ordinarius, & committeretur, quod noua hac in causa procederet, & iudicaret auctoritate mandantis, factus diceretur delegatus, ut diximus supra ex cap. cum aliquibus. in fin. de rescrip. in 6.

Tertius est casus, quando simpliciter personæ privatae causa singularis, particularisque committitur, hoc in casu dicitur iste effectus delegatus. Ita Bart. & Bal. in locis præcatis. Et idem Bart. in l. i. in fin. C. vbi & apud quem in integ. rest. pet. Dec. in l. more. nu. 35. & ibidem Purp. n. 48. Rui. in cons. 62. num. 5. libr. 5. & idem scripsi lib. 1. de arbitr. iudicum q. 10. nu. 7. Quam quidem sententiam probat Bar. ex c. cum aliquibus. de rescrip. in 6. Et quanquam Dec. in l. more. num. 36. scripserit dictum c. cum aliquibus, non probare, attamen verè mihi visus est errare Decius, cum is consideret d. c. cum aliquibus in secunda sui parte, hoc est in fi. Quæ sanè secunda pars non loquitur de eo, qui alias privata persona est, & qui careat auctoritate ordinaria conferendi, sed de eo qui conferre potest, & cui si concedatur facultas conferendi, non obstante statuto ecclesiæ & c. dicitur ex ordinaria iurisdictione conferre, non autem ex delegata. At Bart. non perpendit textum illi in ea parte, sed in prima sui parte, ibi, si canonicorum receptio, & c. Quo sanè loci ex iurisdictione delegata is dicitur conferre, qui alias conferre non poterat. Et delegata est, cum negotiū particulare sit. Præterea, & secundo ea ratione probatur hic casus, quo ordinaria iurisdictione est de causarum vniuersitate, ut mox dicemus. Et simile est de tutela, & tutore, qui pro re vna pupillo non datur, l. certarum. ff. de testam. tutel.

30 Declaratur hic casus, ut non procedat, cū ipse mandans, & committens causam expressim diceret, quod in sui locum, in omnibus ponit eum, cui mandat. Nam ex hoc censetur concessa ordinaria iurisdictione. Ita Ang. in d. l. more, quem ibi secutus est Io. Bapt. à Sancto Seuerino, q. 15. num. 25. & idem sensit Inn. in c. super quæstio. n. 5. de off. dele. Dissentit tamen Purp. in d. l. more. n. 55. vers. tertio limitatur.

31 Quartus est casus, cum à principe simpliciter committitur, atque mandatur privatae personæ, certū genus causarum. Hoc in casu iste præsumitur effectus delegatus. Ita Bart. in d. l. more. num. 8. vers. si verè hoc. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. i. in fin. Cod. vbi & apud quem, & illum secuti sunt Ioan. Bapt. à Sancto Seuer. in d. l. more. n. 26. Dec. n. 35. Purp. n. 50. qui communem esse asserunt. Et idem docuit Hof. in summa tit. de officio ordinarij, num. 1. & adfertur pro hac ipsa traditione text. in c. ne aliqui. de hæ. in 6. quo loci inquisitor hæreticæ prauitatis delegatus appellatur ob id, quod certum genus causarum, nempe hæreticæ prauitatis, commissum fuit. Cæterum facile euitari potest text. iste, quando quidem expressim ibi nõ dicitur illum esse effectum delegatum ob certum illud genus causarum, solum enim innuit text. ille hunc esse delegatum. Qua ratione autem talis præsumatur colligi facilius potest ex c. vt officium, quod subsequitur, in quo quidem scriptum est inquisitores auctoritate apostolica inquirere. Delegati ergo ij censentur ob vim illorum verborum, auctoritate apostolica, ut diximus supra.

Secundò motus est Bar. argumento ducto à potestate tutoris ad iurisdictionem, quod quidem argumenti tgenus à iure receptum est, ut docuit Bar. in l. inter tutores ff. de administ. tuto. Atqui tutor non datur certis rebus, sed vniuersitati. l. certarum. ff. de testam. tutela. Ergo pari modo ordinaria iurisdictione, si itaque non ordinaria, sequitur esse delegatam. Hæc tamen argumentatio, qua uti voluit Bar. & clarius Purpur. in d. l. more. n. 50. mea quidem opinione non concludit. Nam quod tutor dari certis rebus non possit, & ex eo fit, quod natura illius actus repugnet. Tutor enim datur personæ. §. 1. Inst. de tutel. Persona autem in vniuersum sua bona æquè possidet. Et ideo datus tutor personæ, in necessariam consequentiam omnibus rebus datus dicitur. Quod si rebus prouidendum est, statuit lex curatorem dari debere. Non ita est in iurisdictione, quæ etiam ordinaria dari potest quoad certas causas. Tertio itaq. & melius hac ratione casus iste probari videtur, ordinaria iurisdictione sui natura non est restricta ad hoc, vel illud causarum genus, sed in vniuersum illa omnia respicit, ut definiendo declarat Bart. in l. more. num. 5. ff. de iurisd. omn. iud. cum ergo certum genus causarum committitur, illa natura iurisdictionis ordinariæ immutatur, atque alteratur. Non ergo ordinaria præsumitur, sed potius delegata, quæ alio nomine extraordinaria appellatur.

36 Hinc inferitur syndicatorum & datos ad syndicandum iudices, & officiales obtinere iurisdictionem delegatam, non autem ordinariam. Ita docuit Bart. in d. l. vlt. in fin. C. vbi & apud quem. Et illum secuti sunt Ias. in d. l. more. n. 50. & ibid. Purpur. nu. 51. qui quidem Purp. ita distinguit. Aut syndicatorum dati sunt à statuto, & tunc censentur ordinarij, id quod ex dictis in præcedenti capite declarari potest. Aut dati sunt à principe, quo de casu nos nunc loquimur, & tunc est dubium, quia (ut inquit Purpur.) dari vnt ad causarum vniuersitatem. Et ideo censeri debent ordinarij. Ergo pariter existimo hos esse ordinarios. Nam eo ipso quod syndicatorum constituti sunt, merum & mixtum imperium habent. Ita Bald. in l. obseruare. §. proficisci. quæst. 2. ff. de off. proconf. & leg. Præterea salarium habent de publico, ob id sportulas non recipiunt. Ita Paris Puteus in tract. de syndicato. §. an syndicatores.

38 Quintus est casus, quando princeps privatae personæ committit vniuersitatem causarum. Nam tunc præsumitur ille factus iudex ordinarius. Ita Bart. in d. l. more. nu. 8. in fin. & ibid. Dec. num. 37. Cur. lun. n. 57. & Purp. nu. 57. vers. secundum membrum, qui communem esse testantur. Et in hanc sententiam adductus est Bart. ex l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. Præfetti vrbis, qui tamen vix probat, quia & si eo loci scriptum sit. Præfetto vrbis conferri mandata, quæ intra vrbem committuntur, non tamen ex eo necessariò iudicatur ordinarius, sed ex eo quod solum more Romano ad magistratum assumebatur. Et propterea in l. 2. §. & hæc omnia. ff. de origine iuris. Præfectus iste vrbis hoc nomine magistratus appellatur. Nõ ergo hic versamur in dubio, sed in casu claro, in quo constat Præfectum vrbis esse creatum magistratum atque ita ordinariū esse. Non etiam probat hanc sententiam text. l. vlt. C. vbi & apud quem, citatus à Bar. dum ait ille text. in vltimis suis verbis illum, cui generaliter causæ de mandata sunt, posse cognoscere de restitutione in integrum petita. Non inquam probat, cum non declarat ibi legislator ille, an is ordinarius sit, vel non. Quocirca melius hæc sententia probari videtur ea ratione quod cum iurisdictione ordinaria sit sui natura fauorabilis, delegata

legata verò odiosa, ut inquit gl. in ca. 1. in verbo processus. de refer. in 6. & diximus supra, ob id ordinaria, non autem delegata præsumitur. Existimant tamen Curt. Jun. in d. l. more. n. 58. de iurisd. omn. iud. inspiciendum potius esse, an in ea causarum vniuersitate esse consueuerit iurisdictione ordinaria, vel delegata, ut secundū eius naturam præsumatur facta commissio.

*Qua iurisdictione usus præsumatur is, qui secundum ordinariam, & secundum delegatam cognoscere, & diffinire causam potest?*

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictionem tam ordinariam, quam delegatam habens, si ex actis constet, quæ voluerit vni iudex, vel ordinarius habebitur, vel delegatus.
- 2 Iurisdictione ordinaria usus esse præsumitur iudex, quando processus, & sententia secundum eam iustitiam potest.
- 3 Iudex assumptus à partibus, in dubio præsumitur assumptus, vt ordinarius, non vt delegatus.
- 4 Delegatione facta à principe, vel Pontifice, iudex tanquam delegatus processisse præsumitur.
- 5 Delegatus principis est dignior ordinario.
- 6 Iurisdictione delegata quando iudicem vsum fuisse præsumatur.
- 7 Viam, & modum amplecti quilibet præsumitur illum, quo actus suus valeat.

P R A E S V M P T I O XVII.

Cum vtramque iurisdictionem obtinet iudex, sicuti certis casibus obtinere potest, superiore disputatio ne demonstramus, & ambigitur secundum quam de causa cognouisse, & sententiam iustitiam præsumatur, ita aliquot casus distinguendi sunt.

- 1 Primus est, quando ex actis ipsis constare potest quæ potestate, & iurisdictione vsus sit. Hoc in casu res clara est, ob id opus non est confugere ad coniecturas, quæ inclaris cessant, iuxta l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3. Si ergo acta significant hunc processisse vt ordinariū, talis erit iudicatus, si verò vt delegatum, delegatus habendus erit. Ita in specie docuit Abbas in c. cum ex officij. n. 2. de præscr. & ibid. Fel. col. 13. nu. 32. versic. lim. primo, & c. qui scripsit ita posse intelligi responsum Feder. de Senis in cons. 130. in fi. quod alioqui ab Abbate, & alijs multis, vt infra dicemus, rejicitur. Et casum hunc multis similibus confirmauit Fel. Et eandem sententiam probauit etiam Paris. ibid. nu. 33. in fin. Idem respondit Alex. cons. 55. n. 8. lib. 5.
- 2 Secundus est casus, quando ex actis quidem non potest apparere, quæ potestate vsus sit, sed tamen processus, & sententia sustineri ita potest, secundum ordinariam iurisdictionem, quemadmodum, & secundum delegatam. Hoc in casu præsumitur vsus iurisdictione ordinaria. Ita ex sententia Bald. in c. vlt. col. 1. de re iudic. tradit Fel. in d. cap. cum ex officij. col. 2. versic. si autem iudices, & ibid. apertius n. 3. versic. si autem actus valeret. His addo Alex. in cons. 55. numer. 5. & 6. libr. 5. dum respondit, quod in dubio iudex assumptus à partibus, præsumitur assumptus vt ordinarius, non autem vt delegatus. Non ergo etiam aliter quam vt ordinarius præsumitur procedere. Et ratio est, quia non extraordinario specialique iure, sed communi potius vsus præsumitur, l. quamquam. & in l. in testamento. l. 2. ff. de testa. milit. respondit Alex. cons. 60. nu. 2. lib. 2. Et iurisdictione ordinaria dicitur esse firmior, & potentior ipsa delegata, vt scribunt omnes in rub. ff. de officio eius & c. Est ergo præsumendum, hunc iudicem fuisse vsus iurisdictione ordinaria, cum in dubio quis præsumitur velle actum suum

valere debere omni meliori modo l. 3. ff. de mil. testa. de qua re statim dicemus.

Declaratur hic casus, vt non procedat quando delegatio facta à Principe, vt à Summo Pontif. & alijs. Nam tunc præsumitur processisse tanquam delegatus, Ita Ioan. And. in c. vltim. colum. 1. ver. item quando concurrunt. de re iud. quem sequuti sunt Fel. in d. cap. cum ex officij. col. 12. nu. 31. ver. bene facit. & ibidem Paris. nu. 33. ver. quod intellige, qui recensent alios plures, qui Io. And. secuti sunt. Et ratio illa est, quia delegatus principis est dignior ipso ordinario, vt scribunt omnes in d. l. ubi de officio eius. Et ob id appellatio deuoluitur ad ipsam principem, declarat idem Fel. in d. ca. cum ex officij. nu. 24. & ibidem Paris. num. 26. Et certum est ea, quæ digniora sunt præferenda, l. 2. de albo scrib. prætulit ergo hic delegatus eam iurisdictionem digniorem ordinariæ minus dignam.

Tertius est casus, quando ex actis apparere non potest, quæ potestate, & iurisdictione vsus sit iudex, sed secundum iurisdictionem ordinariam processus, & sententia sustineri non possunt, secundum delegatam verò possunt. Hoc in casu recepta magis opinio est, hunc iudicem præsumi vsus iurisdictione delegata. Ita sanè Butr. in d. c. cum ex officij. nu. 28. de præscr. & ibidem Abb. nu. 31. Felin. num. 1. & Paris. nu. 33. eandem probat. Ea est ratio, quia quilibet præsumitur amplecti eam viam, & modum, quibus actus ipse suus valeat. l. 3. ff. de testam. milit. & l. quoties. ff. de rebus dubijs, & alijs multis, quæ commemorabimus infra libr. 6. præsumpt. 8. confirmari potest. Et egregiæ sunt illæ traditiones, quas ad rem hanc congerunt Felin. præcitato in loco nume. 31. versic. dixit etiam Ludovic. & Alcia. de præsumpt. regula 3. præsumptio. 35. numer. 3. & 4. & 5. Et nos alia his similia adferemus infra hoc libro præsumpt. 38. vbi differemus quando præsumatur pro sententiâ iudicis ordinarij. Nec hic repugnat auctoritas Federici de Senis in d. cons. 130. in fine, qui contrarium visus est respondere. Nam aut Federicus intelligendus est, quædo ex actis ipsis constabat iudicem illum tanquam ordinariū processisse in causa, vt supra in primo casu diximus. Et illi pariter ita intellexit Alex. in d. cons. 55. n. 6. libr. 5. Aut malè is Federicus respondit, sicuti eum reprehendunt Butr. & Abbas.

*Iurisdictionem vni, vel duobus concessam aliquando cumulatiuè, aliquando priuatiuè concessam præsumi distinctione multorum casuum dilucide explicatur.*

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictionem ordinariam concedens princeps magistratui, respectu sui præsumitur cumulatiuè concedere.
- 2 Concedentis auctoritas in iurisdictionis concessione semper præsumitur præseruata illa.
- 3 Sermo generalis non comprehendit personam loquentis. Idque maxime in principe, n. 4.
- 5 Iurisdictione annexa feudo, si vasallo fuerit à principe concessa priuatiuè intelligitur.
- 6 Dominio, & iure vili translatò, priuatiuè dicitur translata iurisdictione.
- 7 Iurisdictionem in homines vasalli sui princeps exercere non potest.
- 8 Iurisdictione vniuersalis eodem tempore duobus, & pluribus concessa à lege, vel principe, cumulatiuè intelligitur.
- 9 Vicario, vel assessori concessa iurisdictione, cumulatiuè accipitur.
- 30 Iurisdictione spiritualis concessa magistratui, tanquam superiori iudicis vniuersalis priuatiuè concessa præsumitur.



- 11 Indici nono tributa iurisdictione aliquo in loco, ordinario magistratu ibidem ius dicente, privative facta intelligitur.
- 12 Iurisdictione discretive concessa nouo magistratu, privative facta, presumitur.
- 13 Iurisdictione concessa taxatiue circa aliquod genus causarum, privative intelligitur. Fallit id in iurisdictione competente ex consuetudine, num. 15.
- 14 Taxatiua habet vim exclusionis.
- 15 Concessio iurisdictionis facta nouo iudici, respectu iudicis inferioris privative presumitur.
- 16 Dispositio legis specialis generali non derogat, nisi incompatibiles sint.
- 17 Iurisdictione concessa alteri favore personarum, privative concessa presumitur.
- Idque procedit multo magis accedente favore persona, cui conceditur, num. 18.
- 19 Privilegia duo ubi concurrunt, illud magis speciale dicitur, quod persona conceditur.
- 20 Iurisdictione concessa alicui privative non presumitur, si lex vel statutum id declarat.
- 21 Iurisdictione concessa odio certarum personarum, cumlatiue facta presumitur.
- 22 Iurisdictione concessa prelati regularibus in suis monachos, privative ad Episcopum presumitur.
- 23 Iurisdictione concessa privilegio alicuius persone intelligitur privative.
- 24 Iurisdictione prescriptione acquisita, privative censetur acquisita.
- 25 Iurisdictione concessa duobus ordinarijs cum clausula, ambobus, vel alteri eorum, cumlatiue intelligitur.
- 26 Iurisdictionem ordinariam concessam alteri, quando non apparet, an odio, vel favore personarum facta sit, cumlatiue presumimus.
- 27 Prefecto urbis totius civitatis generalis iurisdictione erat concessa.
- 28 Proconsulis quanta apud Romanos potestas.
- 29 Dispositio hominis specialis derogat generali, secus in legali dispositione.
- 30 Regulam, Generi per speciem derogatur, locum habere in iurisdictionibus favore publico.
- 31 Iurisdictione primam concessa vni delegato, postmodum alteri ab eodem principe, privative accipitur.
- 32 Argumentum a mandato procuratoris, ad mandatum iurisdictionis valet.
- 33 Expeditio causa vel vnius articuli, mandata vni ex delegatis, privative intelligitur.
- 34 Iurisdictione mandata duobus simpliciter, cumlatiue, non tamen infolidum mandata presumitur.
- 35 Iurisdictione mandata duobus adiecta clausula, vel alteri vestrum, censetur cumlatiue mandata, & infolidum.
- 36 Iurisdictionis privative, vel cumlatiue concessa, quis sit effectus.
- 37 Preuentio quando fit locus.
- 38 Iurisdictione cumlatiue pluribus, & vniuersis, sicq. simul concessa, alter sine alio non cognoscit.

PRÆSUMPT. XVIII.

Disputatio est egregia, sed perplexa admodum, quando iurisdictione cumlatiue, vel privative presumatur tributa, & concessa. Existimo facilius explanationis gratia, distingui, atque constitui posse duo disputationis capita. Quorum primū est de iurisdictione ordinaria, secundum est de delegata iurisdictione.

Primus est casus, quando princeps concedit iurisdictionem magistratui, & dubitat an respectu personæ ipsiusmet principis concedentis presumatur concessa cumlatiue, vel privative. Hoc casu dicendū est, presumi concessam cumlatiue. Ita Bald. in cons. 326. Rex Romanorum in si. lib. 1. Cum dixit, quod si Papa commit-

tit iurisdictionem alicui, nihilominus retinet sibi eandē & maiorem. Idem tenet ipse Bal. in c. 1. in prin. nu. 2. de his qui feudum dare poss. Et idem Bal. in l. qui se patris. n. 10. ad si. ver. item in concessis. Co. vnd. liberi. scripsit, quod in concessionibus iurisdictionum semper auctoritas concedentis censetur præseruata illata, & quod in eo residet suprema potestas, & manifestè Gramm. in dec. 30. n. 3. & nu. 11. & post Decium in cons. 2. Idem in cons. crim. in cons. 6. & in voto 28. nu. 3. idem ego ipse scripsi in lib. 1. de arbitrar. iud. q. 40. nume. 1. & 2. Et ij quidem adducti sunt text. capit. dudum. de præbend. in 6. Extat, & ratio, quod in sermone generali, non comprehenditur persona loquentis, inquisitio, Co. de solut. & dicemus infra lib. 3. præsumpt. 4. Et hoc maximè procedit in persona principis, quæ dicitur excepta, ne sibi legem imponere videatur, c. 1. in si. de prohib. feud. alien. per Feder.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando princeps concessit iurisdictionem, quæ annexa est feudo concessio vasallo. Nam tunc vasallus debet obtinere iurisdictionem privatiue ad dominum concedentem. Ita Bal. in l. 1. q. 43. ff. de rerum diuis. Martinus Lauden. in tract. de princ. in 1. part. q. 138. incipit, Dux Mediolani. Abb. in c. ceterum, col. 2. ver. fateor tamen, de iud. & ibi dem Felin. n. 12. & in c. pastoralis, nume. 5. ff. de off. ord. Curt. sen. in cons. 74. In per memorata, in quinto dubio. Cuius iun. in cons. 2. num. 1. Brunus in cons. 47. nu. 7. Gramm. in dec. 30. num. 11. Soc. n. iun. in cons. 126. nu. 4. lib. 3. Berous in cons. 74. nu. 8. & 11. lib. 1. Et cū Berous & Socino de eadem facti specie idem respondit Crauet. in cons. 411. num. 36. qui nu. 29. ver. quarto nō potest, scripsit, quod vbi transfertur dominium, & ius vtile, dē privative translata iurisdictione, quia apud duos infolidum esse non potest. Quapropter concludunt prædicti Doctores, principem non posse exercere iurisdictionem in homines sui vasalli. Eandem sententiam copiose comprobauit Rolan. in cons. 48. num. 22. lib. 2. & in cons. 21. nu. 10. & 12. lib. 4. & Doctissimus Tesslerus in de cisionibus Pedemontanis, in dec. 132. Ceterum declaratio hæc intelligitur quo ad iurisdictionem iudicis ordinarij, secus si ipsemet Princeps vellet cognoscere de causis hominum ipsius sui vasalli, quia id facere potest, cū iure, & ratione superioritatis sibi referuata cōcurrat cū ipso vasallo, cui hoc casu dē cumlatiue concessisse iurisdictionem. Ita declarat post alios Gramm. in voto. 28. num. 6. & in cons. 6. in fine, in criminalibus, & Natta in cons. 487. num. 34. & in cons. 580. num. 4. ver. nam prædictis. Rol. in cons. 1. num. 134. lib. 2. qui multis com probat, & Io. Petrus Surdus in cons. 152. num. 17. lib. 2. & his accedit Afflicus in c. 1. si quis alicui, num. 8. ver. sic. ex quibus, de pace tenend. Cum dixit, Principem nō posse cognoscere de causis hominum sui vasalli, qñ ipse vasallus cepit cognoscere, atq. ita qñ præuenit principem, princeps ergo non præuentus cognoscere potest. Præterea Bal. in d. l. 1. q. 43. ff. de rerum diuis. Et Doctores, qui eum secuti sunt, loquuntur de primis causis, hoc est, de primis instantijs, vt declarat post multos Rolan. in cons. 78. num. 3. lib. 2. & demum Baldi traditio solum procedit circa ea, quæ vasallus ipse inuestitus pro iurisdictione sibi concessa facere potest, secus si non potest. Ita Baldum declarat Natta in cons. 580. n. 4. lib. 4.

Secundus est casus, quando vel princeps, vel lex eodem tpe contulit iurisdictionem vniuersalem duobus magistratibus, & iudicibus, sicuti statutum Papiæ 45. in civilibus, sub rubr. de officio potestatis Bailio Vicarij, & c. tribuit iurisdictionem prætori, & alijs iudicib. Hoc casu presumitur concessio vtrique facta cumlatiue, non aut privative, atque ita locus erit præuentio. Ita tradunt Bal. in l. vnica, si vbi aut, n. 6. ver. primo casu, C. de cad. tollen. Bar. Alex. & Imola in l. si vni, ff. de re iud. &

iud. & ibidem Ias. col. 2. vers. secunda conclusio, ff. de re iud. Bero. in cons. 2. num. 42. lib. 1. & manifestius explicat Vantius in tract. de nullitate, in tit. de nullit. sent. ex defectu iurisdictione. ordin. num. 175. num. 177. Et prædicti quidem scribunt, quod aliquando his iudicib. concessa est iurisdictione infolidum, & tunc locus est præuentio, atque ita vnus sine altero procedere poterit, & hoc casu loquitur prædictum statutum Papiæ, aliquando verò intelligitur concessa cumlatiue simul, & tunc omnes simul, non autē singuli procedere debent. Et hic casus procedit etiam in delegatis ad vniuersitatem causarū. Nam illi ordinarijs æquiparantur. Ita in his terminis scripsit Vant. præcitato in loco, n. 178.

Tertius est casus, creato constitutoque magistratui, iudicique ordinario, datur a lege, vel a principe Vicarius, vel assessor, qui certis de causis cognoscere, & iudicare possit. Hoc est casu iurisdictione concessa vicario, vel assessori presumitur cumlatiue, non autem privatiue ad magistratum concessa. Ita in specie de vicario scripsit Baldus in l. si quando, in princ. nume. 6. ff. de off. proconsul. & legati, & de assessore idem scripsit ipse Bald. in l. 1. col. 1. ver. extra quæritur, ff. de off. cons. Et Baldum secutus est Felin. c. pastoralis, col. 1. vers. similiter dixit Bald. de officio ordinarij. Idem respondit Paris. in cons. 9. num. 11. lib. 4. Ea est huius sententiæ ratio, quia Vicarius, & assessor videntur dari, vt opem ferant, & adiumento sint, suis ipsi principalibus magistratibus, quorum nomine iurisdictionem exercere videntur. Non ergo eos iurisdictione priuare dicuntur.

Quartus est casus, quando specialis iurisdictione conceditur magistratui, tanquā superiori iudicis vniuersalis, vt puta qñ princeps, vel lex, creat, & facit aliquem iudicē, qui cognoscat de causis nullitarum, & causis appellationum a sententijs latis ab ipsis iudicibus vniuersalib. Hoc casu huic iudici nullitatem, & appellationum præsumitur concessa iurisdictione privatiue ad indices oēs ordinarios. Ita Bal. in l. 1. q. 1. ff. de off. consul. Ang. in cons. 375. Praten. n. 3. vers. idem dico, & col. vlt. ver. saltem, si vni. Aret. in l. quod in rerum, col. 2. ad fin. de leg. 1. idem sentit Arétinum secutus Ruin. in cons. 5. col. 4. lib. 5. qui respondit, quod quando datus est iudex adiunctus ordinario, censetur privatiue datus, vt. non possit is ordinario sine ipso adiuncto in causa procedere. Ratio est, quia a sententia primi, appellatur iste secundus, ergo ille primus caret iurisdictione, alioqui ad eundē posset deuolui appellatio. Et in adiuncto, alia etiam militat ratio, nempe suspicionis ordinarij.

Quintus est casus, quando existente magistratu ordinario, qui non solum iurisdictionem exercet in ciuitate, sed et in oppidis, & castris ciuitati subiectis, datur alter iudex, qui aliquo in oppido, & castro ius dicat. Hoc casu censetur huic nouo iudici collata iurisdictione privatiue, atq. ita cōsetur adempta ab illo ordinario generali. Ita respondit Rom. in cons. 393. n. 10. ver. nihilominus in proposito, quem secutus est Crau. in cons. 411. n. 28. ver. 3. cessat. Idem sentit Ang. in cons. 375. Praten. sis. in fine. Et ij quidem moti sunt tex. §. & iudicare, in auth. de defens. ciuit. Est & ratio quod sancitū ita fuit, ne propter huiusmodi ciuiles pecuniariasq. cās, litigātes de castro, & oppido, ad ciuitatem cogantur accedere.

Sextus est casus, quando iurisdictione discretive concessitur nouo magistratui, vt si cauetur statuto, qñ omnia infra contractuum insinuentur, & creetur iudex, qui de causis insinuationū cognoscat, & iudicet. Hoc casu dicitur huic iudici concessa iurisdictione privatiue, atq. ita nullus alius de causis illis insinuationum cognoscere, & iudicare poterit, Ita docuit Bal. in l. vnica, §. vbi ait, n. 6. ver. secundo casu, C. de cad. tollen. in auth. habita, n. 32. vers. sic. super hoc, C. ne filius pro patre. Idē sentit ipse Bald. in l. nec quidquā, in prin. ff. de off. proconsul. & leg. in prin.

ma lectura, cū dixit, quod legatus de latere non potest se intromittere in off. Collectoris Camera Apostolicæ, sic & Fran. Bal. inter consil. ipsius Bal. in cons. 253. Visis oibus prædictis. col. 2. vers. quia aut. & col. vlt. lib. 5. Idē apertius scripsit Ang. in l. cum prætor, in prin. ff. de iud. & in l. si vacantia, col. 1. C. de bon. va. lib. 10. Ita quoq. Imola in l. Titia textores, in princ. num. 4. de legat. 1. docuit, quod si statutum tribuit iurisdictionem prætori in causis pupillorū, & Capitaneo dedit potestatem cognoscendi de causis a decem libris, infra, non poterit Capitaneus cognoscere de causis pupillorum a decem libr. in fra. Cum (ait Imola) statutum distinguere voluerit iurisdictionem circa causas separatas. Hæc tamen traditio Imolæ procedit favore personarum, vt dicemus in subsequenti nono casu. Et idem docuit Alex. in d. l. Titia. n. 5. vbi nu. 7. ait, statutum voluisse hoc casu diuidere, & distinguere causas, idem in cons. 65. nu. 9. lib. 7. idem affirmarunt Roma. in l. 1. §. 1. de operis noui nunc. Aret. in l. quod in rerum, §. si quis post, col. vlt. vers. secundo limit. & in cons. 102. Felin. in ca. pastoralis, col. 2. vers. limita secundo, de off. ordin. Crauet. in cons. 411. n. 28. ver. secundo dici non potest. Et ij quidem moti sunt ex l. solemus, §. latrunculator, ff. de iud.

Septimus est casus, quado taxatiue concessa est iurisdictione, circa aliquod genus causarum. Hoc etiam casu privatiue collata presumitur iurisdictione. Ita Ang. in l. 1. C. vbi & apud quem in integ. rest. petent. vbi scripsit, quod si statutum dicit, quod solus Capitaneus cognoscat de adulterio, alijs censetur adempta iurisdictione. Idem sentit Bar. quem infra referam, & secutus est Barbat. in cons. 59. col. 3. lib. 5. Et apertius Felin. in c. pastoralis, col. 2. vers. limita tertio, ff. de off. ord. qui refert Ioan. de Anan. respondisse pro Ferraribus Ecclesiæ capitulo, cui Pontifex concesserat, vt ipsum solum, & non alij exercere possent iurisdictionem in certis capellis, respondit inquam Anania, Epum iudicem generalē ordinarium non potuisse se intromittere in causis illarū cappellarum, quarum iurisdictione collata fuerat capitulo privatiue ad Episcopum. Eandem probauerunt Bero. in cons. 22. nume. 28. lib. 1. Ripa in tract. de peste, in titul. de præseruatiuis remedijs contra pestem, n. 62. Crauet. de antiq. temp. in 4. parte num. 124. & Decia. consil. 118. num. 23. lib. 3. Ioan. Gutierrez in lib. 3. practicarum questionum cap. 24. num. 7. & alios retuli in lib. 1. de arbitrar. iudicium quæst. 40. num. 7. & 8. Et horum sententia probatur satis manifestè in dic. cap. pastoralis, de offic. ordin. & in c. venerabili, de sent. excomm. in 6. & confert l. vlt. C. vbi causæ fiscal. iuxta expositionem, quam referam infra in vltimo casu huius capituli. Et accedit ratio, quod taxatiua habet vim exclusionis, l. ob es, vbi gl. & Doc. C. de prædijs minor. His constat hanc esse veram, & receptam opinionem, & si ab ea dissentiat Dec. in cons. 3. n. 3. ver. secundo hoc, post Francisc. Bald. inter cons. Baldi in consil. 253. visis omnibus, col. 2. vers. sed prædictis ob stare, lib. 5.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, qñ iurisdictione competit ex consuetudine. Nā tunc illa non dē sublata per concessionē taxatiue alteri iudici factam. Ita docuit Bar. in l. viros, n. 1. C. de diuersis offic. li. 12. cum dixit, quod si extat consuetudo, quod Rector Gymnasij cognoscat de causis scholarium, & deinde statuto caueatur, quod scholares conueniri possint sub Episcopop tantū, non erit derogatū iurisdictioni Rectoris. Et Bar. secuti sunt Ias. in l. 2. in prin. n. 1. ff. de vul. & pup. subst. Dec. in cons. 3. n. 2. Ripa vbi sup. & Crau. in tract. de antiq. tē por. in 1. par. n. 41. & in 4. par. prin. nu. 19. Et ij quidem moti sunt text. c. 1. de consil. in 6. & reg. leius militis, §. militia missus, ff. de milit. testam.

Octauus est casus qñ electus, creatusue iudex est inferior, qui suppositus minori dicit duobus oppidis, Tomus Primus. K 2 & castris